



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Dispensatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

## DISPENSATIO.

A **E**ST *relaxatio legis causa cognita.* Præl. 9. num. 15. Dispensatio valida licet iniusta, aliquando excusat. Præl. 9. nu. 11. cap. 23. num. 44. Nou. Præl. 9. num. 14.

Facta sine iusta causa in lege humana, valida est, sed illicita: facta vero in lege diuina, nec licita, nec valida. Præl. 9. num. 11. Nou. num. 14. Excusabit tamen dispensatum bona fides illius.

Dispensatio ab inferiori circa suam, vel sui prædecessoris, vel inferioris legem, facta etiam pro libito valet in utroque foro. Præl. 9. num. 14. Nou. num. 15. Et hæc dispensatio fit tacite, quando sciens, & prudens iubet aut concedit aliquid fieri contra eam legem, etiam nulla facta mentione dispensationis. Ibid.

C Quod etiam habet locum in Episcopo respectu constitutionis Synodalis. cap. 25. num. 74.

Non tamen censetur valida, facta ab inferiori circa legem superiorum, nisi expresse dicat se dispensare, quamuis iubeat aliquid fieri contra eam. Præl. 9. num. 13. Nou. num. 15. & cap. 25. num. 74. Quo-  
niam

hiam dispensatio circa legem superioris sine iusta causa non valet: at verò circa legem suam valet. Ibidem. vbi & in Nouo additur quòd dispensatio inferioris sine iusta causa circa legem superioris, etiam si habeat potestatem dispensandi, non valet. Atque idem est de dispensatione Legati circa legem Papa.

**D** Non creditur in foro interiori dicenti se circa legem Superioris dispensare iusta de causa, nisi probetur illa. Ibidem.

Dispensatio facta ab inferiori, circa legem Superioris cum caua, non valet in foro conscientia, si sciatur causam esse falsam. Ibidem.

Dispensatio innitens causae falsae surreptitia est, & inanis. cap. 12. num. 57.

Multò minor causa requiritur ad dispensandum in lege humana quam in diuina. Ibidem.

Peccatum petendi, & dandi dispensationem sine causa in lege humana, tantum est veniale per se loquendo. Præl. 9. num. 12. ca. 12. num. 57.

Parua deliberatio in vouendo est sufficiens causa ad dispensandum. cap. 1. num. 26.

Episcopus non potest dispensare in voto continentiae emisso à coniugibus, nisi quando votum esset emissum ex magno timore, qui tamen non esset satis ad annullandum votum. num. 59.

Quæuis expressio falsi mouentis ad dispensationem

**N** spon

spensandum nocet: non tamen qualibet  
 citurnitas veri impediens, sed solum qui  
 do tacetur verum, quod iura præcipiunt ex-  
 primi. Et qui committit aliquod delictum  
 ut hac via obtineat dispensationem, dispen-  
 satio obtenta est nulla. cap. 22. num. 86.

Commisio Pontificis facta alicui, ut  
 G spenset cum aliquo, expressa persona dispen-  
 sanda, expirat re integra morte Pontificis  
 quoniam non est gratia facta dispensaturo  
 sed commisso. At verò commissio facta ut  
 dispenset cum aliquo non expresso, sed ele-  
 ctio personæ dispensandæ relinquitur dispen-  
 saturo, non expirat, quoniam est gratia fa-  
 cta ipsi: additum in No. c. 27. num. 253. §. 8.

## DISPUTATIO.

PECCAT mortaliter laicus, qui dispensat  
 de fide. c. 11. num. 26. in Nou. n. 27. §. 5.

Qui contra perspicuam veritatem per  
 contentionem altercatur circa pertinentiam  
 fidem vel necessaria ad salutem animæ, vel  
 corporis, peccat mortaliter, aliàs tantum ve-  
 nialiter. c. 23. n. 34.

DIVORTIUM. vide Matrimon. X I.

## DOCTOR.

Magister & Discipulus.